




~~17~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.



SUPREMUM OFFICIUM,
HONORI ET MEMORIÆ

VIRI

CLARISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DN. BASILII

PETRITZII,

SCHOLÆ CRUCIANÆ PER ANNOS

XXI CANTORIS ET CLASSIS IV. PRÆ-
CEPTORIS LONGE DIGNISSIMI

FIDELISSIMIQVE,

DIE VI. SEPTEMBRIS M DCC XV.

PLACIDISSIMO EXITU REBUS HUMANIS

EXEMTI,

ET XII EJUSDEM SOLENNIBUS FUNERIS EXEQVIIS

COHONESTATI,

PRÆSTITUM

A

SUPERSTITIBUS

COLLEGIS.

DRESDÆ, LITERIS HARPETRIANIS.

Joannis Gleditsii
Cancellarii Regiorum



Hæc SCHOLÆ nostræ properas Col-
lega fidelis,
Quæ CRUCIS ex vero nomen &
omen habet!

Te sequar, ut natu propior, fractusque labore
Multiplici, cum me iusserit ire Deus.
Nam quæ nos miseros potis hic retinere voluptas?
Præmia quæ? vel quæ gaudia? quodve decus?
Contentus, sannæ, convicia, probra, cachinni,
Livor iners, promptus carpere dente bonos;
Hæc sunt Daduchis quæ donat præmia mundus,
Hi nostri census, millia nostra cluunt,
O Te felicem! Tua portum fessâ carina
Contigit optatum, ferta phælus habet!
Nos dubio miseri jactamur gurgite, donec
Nos etiam in requiem mitior aura feret!

Supremæ memoriæ Collegæ &
Compatri optimi debicium
hoc munus exsolvit

Jonas Gelenius,
Cruciani Rector.

Aures qui suavi cantus modulamine semper
Mulceri, & templi sacra cicere valens:
Qui varios vocum flexus cantusque figuras
Noverat, atque aliis tradere doctus erat,
Nunc silet, & tristi torpens vox clara veterno,
Aeternum paulans carmina nulla canit.
Non silet; Angelicis sed mixtus plausibus, audit,
Qualia mortalis non didicisse potest.
Orphea nunc ipsum superans Paeania triumphis
Ter Sanctum in mediis perpetuo ingeminat.
Non igitur lessus lamentaque tristitia poscit,
Nec querulos cantus, quem mage laeta juvant.

Honori Collegae optimi, folatioque
lugentium p.

M. Joh. Gideon Gellius,
ConR.

TE rude donatum recreabant blanda, BEATE,
Otia, quae dederat gratia lata Patrum.
Jam vero in Coelis longe majora parata,
Quanta bonos maneant praemia, quis referet?

M. Joh. Adamus Lempius,
Schol. Cruc. Coll. Tert.

Siccine terrarum satur ad coelestia pergis,
Quae tua anhelabat mens, Venerande, loca?
Sors tibi complacuit melior, fors optima caeli,
In terra cunctis anteferenda bonis.
Hic dolor, hic lacrymae cessant, curaetue minaces
Mentem non vexant conficiuntque tuam.
Nunc coelum tibi vera schola est; hic otia Numen
Propitium fesso non abitura facit.
Jam cum coelicolis suaves modulabere cantus,
Inque decus solues ora parata DEL.

Scrib.

M. Christoph. Ziegenhals,
Coll. IV.

Post varias curas exantlatosque labores,
Quos schola, quos templi functio sacra tulit,
Corporis atque aegri vario per sepe dolore
Quassatus, mentem qui simul arripuit,

Tum

Tum senio pariter confectus, langvida membra
Hic posuit CANTOR clarus & arte potens.
Ast animus, vinclis sibi plus fatis usque molestis
Liber, in aeternum jubila laeta canit.

Obitum desideratissimi Collegae
lugens scrib.

Joh. Zacharias Grundig,
Cantor.

Μῦθον περὶ δεικνύοντος, τίς γάρ τ' ἢ δάκρυα χεῦσαι,
Γρηγορίου φιλότητος ἕνεκα ἐστὶ θεῶν;
τίς τ' ὄσον κλαύσει, ὅτι τῷ ἐκδόχῳ ἀειδῶ
Λιχαλεπῶν μοιρῶν ἀπύτατον τι βίον;
Ἄνθρωπον πάλαι δ' ἀειδῶν θανάτω εἶδα,
Ἐπιστάθην ἢ μάλα δὴ εἰς μογᾶλλον καὶ χαρῆν.
ἔρη ἀρ' ἔν ταχίως ὦ ΠΕΤΡΗΖ, νῦν λαβὴ σίμα,
Ὁ Χρῆστις δάσει ἀπθνήσκει τὴν.
ὡς ἐστὶ μαλακῶς ἀναπνεύσας, ὁπθῆναι,
ἢ ἐν μίχρῳ νύκτι ἡμερῶν ἢ κρίσεως.

Io. Christoph. Vhlichius.
Collega VI.

Sieimer, der verstrickt in Band und Fesseln
lieget,
Sich freuet, wenn ihm einft die Freyheit wird ge-
schenckt:
Und wie, der seinen Feind mit tapffrer Faust besieget,
In den mühsamen Kampff vor Freuden nicht mehr
denckt:
So kanst Du, werthher Mann, von Herzen Dich
erfreuen,
Da dein gebundner Leib von Schmerzen ist erlöst.
Was Dich bißher gepreß, darffst Du nun nicht mehr
scheuen,
Weil dein gekränkter Geist vollkommen wird getröst,
M. Gotthold Thümann/
Al. Reg.

Ung.


VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 17
W 18





SUPREMUM OFFICIUM,
HONORI ET MEMORIÆ

VIRI

CLARISSIMI ATQVE DOCTISSIMI

DN. BASILII

PETRITZII,

SCHOLÆ CRUCIANÆ PER ANNOS

XXI CANTORIS ET CLASSIS IV. PRÆ-
CEPTORIS LONGE DIGNISSIMI

FIDELISSIMIQUE,

DIE VI. SEPTEMBRIS M DCC XV.

PLACIDISSIMO EXITU REBUS HUMANIS
EXEMTI,

ET XII EJUSDEM SOLENNIBUS FUNERIS EXEQVIVS

COHONESTATI,

PRÆSTITUM

SUPERSTITIBUS

COLLEGIS.

DRESDÆ, LITERIS HARPETRIANIS.

